





VIR EXCELLENTISSIME

VICTORINI SEVERI

# LITERAE

A MICÆ,

AD

JOH. SCHMIDELIUM, J.U.D.

Prof. Publ. Ord. in Acad. Erfurt.

De

# TRANSMISSIONE ACTORUM

Parthenii Litigiosi.

---

Anno M DCC VI.



# VIR EXCELLENTISSIME,



sc forsitan erit. Officinæ Typographi-  
cæ Commentariolus RENNEMANNI *de*  
*Transmissione Actorum* jam erit com-  
missus. In Parthenio Litigioso aliud  
quærebas. Et forte fortuna in ejusdem  
*xi. Lib. I. n. 19.* incidebas. Ast studio  
postmodum venditabas, Auctorem se  
fingere Venturam de Valentiis: Sit fig-  
mentum. Sit verum. Fuit. Est. Atque erit, S. Palatii Comes,  
Eqves auratus, Civis Romanus. Plus si velles, addis. Non in-  
clusive sed exclusive addam. Non in Parenthesi sed libere. J.  
U. D. & Professore Publ. Ordin. in Acad. Erfurtens. Et plus  
si velles. Posses. En invidiam. Anne Jctus tibi deest? Co-  
mitemæ odis Palatinum? Eqves tamen eris. Qvalis, Qvan-  
tus? Uxoratus. Ni fallor. Sed idem. Qvidni Civis Roma-  
nus? Leviter carpens Civem Romanum. Hic recte carpit,  
non leviter. Imo penitus exterminatum cupis. En! adhuc  
adeft. Non exterminatus. Nec relegatus. Aut salmina ex pelvi  
curans. Sed cum Actis transmissus. Hinc introeat. Qvisnam?  
Parthenius Litigiosus. Ast Pacificus. Jam adeft. Jam quiescit.  
Acta deponit. Ast ubi? Dicafteria, Judices summos quærit. Non  
Facultates Academiae. Quia sunt Facultates. Non Potentia.  
Movetur rationibus Jcto Veneronense, Comite, Eqvite, Cive  
Romano dignis. Etenim Pondus habent. Sed Schmidelius  
tollere nequit. Tollit tamen. Non sustollit. An Campanam  
aut Pistillum Erfurtensem? Neutrum. Ipse enim campana sine  
Pistillo. Campana sine sono. Tollens sine ratione. Nisi cum  
ratio-

rationibus tanto Viro indignis. Videamus igitur Transmissionis Patronum. Rationes, Momenta. *πρώτα ψεύδη* sunt Interesse privatam. Acceptans adest Transmissionem, ut morem Germaniæ receptissimum. Receptissimum, non utilissimum, vel meliorem. Multa enim dantur utilissima meliora, quæ non receptissima. Sic & contra. Et idem est, five ad Facultates, five Scabinatus, acta transmittantur remotiores. *Hinc non omnes.* Ratio Parthenii Te fatente non generalis. Eundem tamen Transmissionem penitus exterminare, narras. Sic ulteriora etiam Narrata Tua, Figmenta. Doces causam reprehendendi Transmissionem apud Parthenium esse specialem. Qvalem? Si ad nimis remotas Academiæ Acta transmittantur. Vides causam specialem. Vides Statum controversiæ, sed leviter dicis eisdem rationes suo auctore esse indignas. Causa est in promptu. Interesse. *πρώτων ψεύδος.* Qvisnam Acta ad remotam Erfurtensẽm mitteret, nisi hanc defenderes sententiam? Nullus & Nemo. O! miserere rationis J. U. D. & Profess. Publ. Ordin. Acad. Erfurtens. Ubi sunt reliqua? indigna? O! utinam intellexisses Parthenium! Dicit primo in genere. Miramur receptissimum Germaniæ morem transmittendi acta ad Academiæ. Ergo in genere loquitur. Causa Generalis adest. *Addit:* plerunqve remotiores. Reprehendit igitur optime generaliter, deinde specialiter. Si non aliam reprehensionis reprehensor reprehendit causam, non modo temere, sed etiam calumniosè id in genere carpit, quod postea ad certam speciem restringit. Verum est, quod iudices atqve partes studiosè sapius ad remotiores Academiæ acta transmittant. Nec præcepti Carolini semper sunt memores. Testatur experientia quotidiana. Et quamvis Memores tamen immemores. Ast quare accidens quando remotius Collegium quæritur? studiosum voluntarium, præmeditatum. Contrarium probat affirmans. Descendo iterum ad Academiæ remotiores.

res. Et causæ sunt variæ, quare non ad Easdem Acta transmittenda. Jura provincialia ignorant. Inquis: Ignorant Ingolstadii, Freiburgii, jura Saxonum peculiaria. At non est conficiens, quod in controversia quæ transmittitur Jurisprud. ex actis horum omnium posse habere nullum, vel illa parum ponderare. At prodeat iterum quotidia Experimentia. Porro non sufficit illa tantummodo nosse, quæ à Litigantibus allegantur. Sæpius enim extra contextum summe necessarium fieri solet. Hinc fraudes. Malitiæ, Circumventiones. Requiritur igitur exacta Eorundem cognitio. Altera proinde omnium miserissima ac fraudulenta cognitio. Sed quid de hac dicam, cum multæ sententiæ vel per discipulos, vel Commentarizantes, aliosque levioris Judicii Juvenes componantur. Ipsi etiam Facultatæ sæpius ne acta quidem fatis curate perlegere solent: Et ut ab ignorantia Jurium Provinc. se liberent, nonnquam ex iisdem allegatum quoddam arripiunt, reliqua negligentes. Facultas Vestra Erfurtensis Vir Excell. optimum nuperrime præstitit Exemplum. Quapropter eo facilius venia tibi jam concedenda, cum jam deducta Ignorantiæ statutorum defensione. Casus est sequens: Frater cum Sororibus pactum inierat, nisi ipse domum paternam defendere posset, eandem Sorori Juniori relinquendam. Erat hoc pactum ad Acta. Defuncto fratre, allegat ejusdem liberorum Causæ Patris Jus statutarium, quod filius natu minor domum parentis retinere debeat, si possit. Hicce vero jam mortuus erat, nec domum patris propter inopiam testantibus actis retinere potuit. Nihilominus tamen contra Jus statutarium dixistis, demortui fratris relictis liberis in emenda domo competere Jus protimiseos. Quamvis ne verbulo quidem nepotum in illo fiat mentio. Dixistis contra Jus commune, quo representatio contra mortui patris Sorores in Jure congrui rejicitur, teste Lotichio de Jur. retract. §. 30. Struv. S. J. C. Lib. 17. tit. 3. §.

3. §. 57. Muller *ad l. c.* Nihilominus non tam Jus Commune quam Statutarium, quæ tamen inter se curate conveniunt, pro Ratione Decidendi habuistis. Sed omnium miserrima Decidendi ratio. Rudis atque inepta. At paucis dicam. En L. B. Facultatis Juridicæ elegantem imo divinam Juris Civilis ac Statutorum ignorantiam. En egregiam imperitiam & vitiosam ruditatem. Ad ingenii enim humani vitium pertinet, quando quis per Ignorantiam non satis intelligit, quid faciat vel dicat, docente Cicerone. Puto imprudentem vestram ignorantiam, l. II. ff. de divers. & Temp. præscript. l. fin. ff. de extraordin. cogn. Judicii que defectum ac Eclipsin universalem. Quæ Monstrum Academicum. Quænam ergo hisce opponenda Medela. Anne fortassis Minores, l. 9. ff. l. II. C. de Jur. & Fact. Ign. aut Mulieres estis? l. 32. ff. ad Scutum Velej. qui jura scire non tenentur. Non sed Judices, in quibus juris ignorantia non excusat, quia ratione officii tenentur, c. cum in cunctis, & c. innotuit. ext. de Elect. Sic & odiosum ac culpabile ignorare illud, cujus peritiam quisque profitetur l. 6. §. 7. ff. de offic. Præsid. l. 8. §. 1. ff. ad L. A. Et turpe est Jcto, jus quod profitetur, & in quo versatur ignorare l. 2. §. 43. ff. de O. J. quia ejusmodi imperitia culpæ annumeratur l. 132. de R. J. l. 9. §. 5. ff. Locat. Hinc talis Judex per imperitiam male judicando in dolo esse reputatur, qui faciendo delinquit. l. simora ff. Solut. matrim. l. item si obstetrix. ff. ad L. A. Quamvis igitur cum Augustino de Civ. Dei. Lib. 19. cap. 6. recte dixerit, Vos calamitates Innocentium fecisse, haud tamen possum, quin Exceptionem Negligentiæ vobis commendem. Hæc enim naturalis quædam qualitas, quæ cum ignorantia non facile præsumitur in Judice, siquidem omnium litium causæ Num. 15. 27. 28. quibus peccatur, in Deum & ipsam partem adeoque minime excusanda. arg. l. 15. ff. de confirm. tut. Unde removendi potius ejusmodi inutiles ac negligentes Judices l. si quos Jud. c.



*de Offic. Praef. Prat. Orient.* quamvis propter eorundem negligentiam in administranda Iustitia litem suam faciant l. 29. c. de Pact. Zigler *de Offic. Jud. Concl.* 25. §. II. Clar. *Sentent. lib. 5. §. fin. qv. 73.* Cum igitur inec jam deducta Negligentia Exceptio, vestro Judicato patrocinari queat, non possum quin adhuc alias Exceptiones vobis Suppeditem, ex quibus una vel altera eligi poterit. Prodeat igitur Surdus, Mutus, Furiosus, Impubes l. 12. ff. de Jud. l. 2. C. de Sent. ex brev. recit. l. 57. ff. de Re Jud. aliiqve ejusdem farinae. Verum enim dubito ex hisce aliquam quadrare Exceptionibus. Restat igitur adhuc alia, quæ fortassis omnium optima, & est Cæcitatatis. Cæcum enim Judicem munere judicandi fungi posse per l. cæcus. 6. ff. de Judic. fuse docet Duarenus lib. II. disp. anniv. cap. 23. Cujac. ad l. 1. & 6. ff. de judic. Donell lib. 17. Comment. cap. 24. Zanger *de Except. part. 2. cap. 4. n. 45.* præprimis si in causa Ocularis Inspectio non requiritur. Struv. S. 7. C. Exerc. 9. th. 10. Etenim cæcus juris peritiam instructus esse, & modum dirimendi lites exacte callere, ea vero quæ oculis expedienda per assessores expedire potest, Muller *ad Struv. l. c.* Cæcus enim oculis intellectus cernere, & judicio suo determinare potest, quid agendum. Fiat applicatio ad casum. Concedo Dn. Judices more cæcutientium & Noctambulonum in actis obambulasse. Videnda non vidisse. Nec judicanda judicasse. Sic & oculos mentis ac intellectus non habuisse. Fuere Dii, qui oculos habent, & non videt. Eosque nunquam visuros crederem nisi in Rationibus Decidendi Jus Statutarium allegassent. Sed Miserrime. Judicant de Successione ac Jure congrui Nepotum cum quæstio sit de liberis. Extendunt verba statuti ultra quam licet. Desunt igitur & oculi mentis & Corporis. Judicant & non judicant. Quod si vero judicassent juxta statuta ac Con-

fueru-




15  
fuerudinem iudicare debuissent. Est enim consuetudo lex  
Decian. resp. 11. n. 115. vol. 1. Jus & Justitia Vasq. III. quest. c. 3. n.  
2. Mynsing. Obs. 41. cent. 6. Sed juxta statutum judicarunt, si  
modo iudicatum cum illo conveniret, nec ad aliena quæ ibi-  
dem non expressa extendissent. Specialis enim in his requiri-  
tur expressio, in quibus de magno agitur præjudicio, nec ge-  
neralis sufficit Bart. l. si filius fam. ff. de donat. Jason. l. Titius n. 15.  
ff. de lib. & posth. & ubi expressio requiritur pro forma non suf-  
ficit per relationem Tiraq. de V. R. p. 1. §. 1. Gl. 21. n. 10. Joh. Bapt.  
Asin. prax. Jud. §. 20. Bertrand. concl. 181. col. 2. lib. 1. Jam suc-  
cessio liberorum res maximi præjudicii & in quacunque lege  
eorundem Exclusio per nepotes non continetur, nec ibidem  
singenda vel iudicanda. Sed nec in Jure statuario nec jure  
communi de hac Syllabam legere licet. Hinc cerebrina Er-  
furtensium erit sententia quæ nullius momenti, sed ipso  
jure nulla. De pacto nil ad dam, cum nec ibidem quidpiam  
pro sua sententia invenies, quidquid etiam inepta Tua ratio-  
num decidendi λεωτολογήματα velint.

Imo ne legistis quidem pactum apud acta, quamvis cum  
jure communi conveniat. En igitur elegantem juris itatuta-  
rii observantiam, scientiam. En turpissimam Negligentiam.  
Actorum ineptam perlustrationem. Sunt fructus si acta ad  
remotiores Academiam transmittuntur. Non addam quod  
Academix remotiores ignorent stylum curiæ, personarum  
qualitates, & alias circumstantias. Nam experientia testatur.  
Excipis: Consulentes in suis literis quas cum Actis trans-  
mittunt, hæc jura, hunc stylum, has qualitates & circum-  
stantias quos à Consultoribus ponderari volunt solcite ad  
monere & in culcare. Monent igitur solcite imo in culcant, ra-  
tio erit Consultorum ignorantia, negligentia. Et quid si non  
moneant vel inculcent. Quod optandum, Hæ pessimæ  
sunt

sunt literæ. Verissime igitur non calumniose Vobis exproba-  
tur, quod hæc parum ponderetis. Inquit vir bonus bonis vi-  
ris. Qui ex fide jurata secundum acta & probata agit. Regula est  
Juris: Si fecisti nega. Quod non ex fide jurata. Nec talia pro-  
ferre impudentia. Blateras porro in tolerabile esse quando dicitur,  
quod ex hac transmissione ad re motiores sententiæ litium ridicula,  
contrariæ, nullæ & ad executionem impossibiles reportentur, & qui-  
dem ita, ut hoc non aliquando, vel semel atque iterum sed sæpius  
factum, fiatque huc usque. Dicitur factum. Exempla sunt odio-  
sa profantamen. Fortassis brevinonnullæ lucem videbunt. Nec  
hoc nimis. Nimis est Domine veritatem pro scurrili & impudentis-  
sima Calumnia vendere. Producentæ fortassis brevi tempore ejus-  
modi sententiæ. Nec nullus & nemo se mordent in sacco. Vantium,  
& Tilemannum Paurmeisterum & Cothmannum non defendam De-  
fendunt se ipsos. Interim carpis eosdem leviter. Sine Ratione. Nam  
eorum mentem non satis curate percepisti. Glaucoma obiectis lectori &  
iisdem. Nubem pro Junone. Sed fraus aperta. Interim non de omni-  
bus loquor Academiis. Excipio multos. Quod si vero stupenda Eru-  
ditionis membra in omni jure tam statutorio quam communi videre  
velis. Aspice Regiam Hallensem. Oceanum Eruditionis Immensum.  
Ubi Dii Eruditionis habitant. Ipsa Justitia Universalis quæ subalter-  
nam non agnoscit Erfu- tensem de qua iterum multa super sua fecisti  
verba. Nam pietas ibidem viget floret triumphat. Hæc mater omnis  
Eruditionis. O! felices igitur illos qui ibidem degunt. Felices ac fe-  
licissimi qui juxta eorundem doctrinam vivunt, ambulant. Quia fi-  
lii Dei vocabuntur. Reliquum suscipe Vir Excellentiss. qualescunque  
hæc literas. Lege ac perlege. Nec sine amplius Justitiam apud vos  
oculis detectis pingi. Alias non videbit videndæ. Statuta, Leges.  
Præprimis cum hodierna Justitiæ ac Religionis Servitus admodum  
dura, & Tempa, Sacerdotes, Altaria, Sacra Coronæ Janis, Thura,  
Preces, Cælum venale Deusque fatidic. ad Nolabell. Mercur. Cod.  
7. 6. 17. p. 560. Credas etiam velim hæc literas cum officiosissi-  
ma salutatione & perpetua omni boni appreciatione  
esse compositas à tuo In Perpetuum  
Officiosissimo.

πρὸς εὐ λέγοντας οὐδὲν ἀντιτεταῖν ἐξῆλθι





Jena, Diss., 1693 M12



P  
86.

VD 17  
VON 18 hat 12  
VD 18







26

VIR EXCELLENTIS

TORINI SEVERI  
**TERAE**

AMICÆ,

*AD*  
IMIDELIUM, J.U.D.

Publ. Ord. in Acad. Erfurt.

De  
**SMISSIONE**

**ACTORUM**

rthenii Litigiosi.

Anno M DCC VI.

